Bibliothèque numérique

medic@

Perreau, Fabien - candidat / Patin, Charles - président. - Estne Anima rationalis sui domicilis Architecta ?

1657.
Paris
Cote : ms 78 n°1063

(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?ms00072_ms00080x07x1063

DEO OPT. MAX. VNI ET TRINO, VIRGINI DEIPARÆ, ET SANCTO LVCÆ ORTHODOXORVM MEDICORVM PATRONO.

QVÆSTIO MEDICA.

QVODLIBETARIIS DISPVTATIONIBVS MANE DISCVTIENDA

IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS, XVIII. IANVARII,

M. CAROLO PATIN, Doctore Medico, Præſide.

1063.

Eſtne Anima rationalis ſui domicilij Architecta?

ORTVS omnibus animantibus cum plantis lex eadem, nullo quippe vſquam violata diuortio Naturæ iura; æqua illa in ſingulis vt mortis, ſic originis neceſſitas tulit: nonnulla ſemine, ſponte alia naſcuntur; in quibus viuentis corporis cauſa & principium Anima; Quæ, ſi requiras, nihil aliud quàm huius primùm naturalis & organici poteſtate vitam habentis [illegible]. In cæteris quidem caduca, nempe [illegible] è materiæ ſinu educta; in vno homine non obnoxia, licet corpori æthereo lare [illegible] ſuperbiat: Illius tamen hoſpitio gaudet & fruitur, in quo vix quidquam ab aliorum ſorte diſtinctum aduertas, adeo par & æqua omnibus partium configuratio & vſus, niſi aliquid lateret, velut in Regia Principis, ſecundum [illegible] magis abſolutum; tam affabre ad gratiam & operis dignitatem, dum adornat illi cuncta vis formatrix, inuitauit.

INTER tot huius opera, omnium merito [illegible] audit generatio, quæ vna Naturæ in interitum fugienti iugi ſtudio quæſita [illegible]; non motus illa quidem, ſed mutatio totius in totum, nullo ſuperſtite ſenſibili ſubiecto, à viuente manans in ſpeciem & formam Naturæ: Hinc iiſmodo quæ per coïtum animal, ouum, vermem generant, maris & feminæ ſecundum rationem & ſenſum diſcrimen conceſſum eſt; nullum cæteris putà oſtracodermis, & quæ locum non mutant. Hinc vtrique ad [illegible] partes genitales, fœcundum ſemen, à toto delibatum: Mas quidem ſolidior, habitior, vt ferè maior, ſemper calidior, imperio & diſciplinæ natus: Hæc verò mollior, [illegible], debilior, frigidior, ex quo illi [illegible], laténtque intus recondita genitalia, neque adeo abſoluti, operis exigui, depreſſique teſticuli in fidem pauperioris Veſtæ. Caue tamen meditatam hanc impotentiam, Naturæ [illegible] putes, cuius prouidenti conſilio ſic conſtituta femina, & ad ſequioris operæ demenſum definitus calor, qui ſi ſuperaſſet, vel ex æquo cum virili contendiſſet, nihil otioſæ ſecus Veneri analectorum foret relictum; vnde non audita pleriſque Lucina, nec viraginum votis propitia amoris palæſtra.

IN hac non ſatis eſt vt ſit [illegible] Femina, admittátque Marem, ſed de fundo ſuo vtilem materiam ſuppeditet, & cum virili maturè condat, permiſceat, retineat: ſic in vitam, de breui punctulo locupletis vteri, conceptus ſurgit, ni priùs contigerit [illegible], aut dilabi, quem riguus ipſe nuper auidúſque & obuius ſuis penè conuulſus ſedibus exceperit, conceptúmque mollito ſubactóque ſinu arctiſſimè ſit complexus, ne vlla pars artificis ſpiritus & caloris expiret; qui protinus vndique ſe ſe addit gnauiter operi, craſſiore feminis portione membranas explicat, vmbilici nilos & retinacula deducit & perforat; ſic vltro citroque verſat omnem materiam genitor ſpiritus, pérque mediam genituram [illegible], ſimul & ſemel laborat in partium rudimentis, quas, dum commoditate neceſſitatem ſapienter temperat vis Architectrix, variis temporibus, omnibus tandem numeris abſoluit & perficit: hac patet aditus ab Orco in lucem, primùm [illegible], cuius corruptela [illegible], cum dirupto chorio [illegible] illud [illegible] excidit; inde ſurgit [illegible]; mox [illegible]; fœtus denique, vbi vitalibus inſtructus organis ſe viuere probat, nullo alio præeunte Magiſtro doctus [illegible].

SIC haud arduum, Operis huius admirandi authorem appellare, cuius dignitas, nullúſque præuaricationis conſcia ſtructura, fortuiti caſus beatam temeritatem erubeſcit, quam rebus omnibus auſus affingere Epicurus. Nec vacat cum Empedocle cogitare diuulſas fœtus partes, iterum in antiqua vnionis ſtudia redituras: nec cum Democrito & Anaxagora ſentire, omnia latere in materia, ſecerni quæ demum, non generari. Si cum Platone id muneris ad minorum gentium Deos referas, vniuerſales cauſas profiteris, neſcis priuatas. Verum tanto Operi Opificem præficere abſurdum eſt, cuius hoc vnum munus, complecti, retinere, fouere. Qui Animam ad hoc Opus adigunt, næ, minimè illi ſapere videntur, cum hominem trunco ſimillimum Hermæ, ſine vlla partium ſupellectile tumultuariò ſic extruunt.

LICEAT tandem inter Galeni ſtuporem, & in magnis Naturæ myſteriis [illegible] aliquid fari, & Opificem prædicare? circumſcripta quippe cuilibet parti magnitudo, ſitus, nexus, ſtructura denique omnis tam multiplex & diuerſa, muſculorum cæterarúmque partium adeo variæ compoſitiones & commiſſuræ, dextrarum ſiniſtrarúmque æqualitas ſumma, viſcerum ex ſimili materia diuerſitas, nonniſi Naturæ ab vno & ad vnum determinatæ laborem in ſemine oſtendit, in quo vis [illegible] abdita, varias ſibique inuicem ſubordinatas motiones errore nullo ad finem docta deducere valet. Neque porrò mireris eiuſdem motus conſtantiam & integritatem, quam optima duce & magiſtrâ, falli aut fallere neſciâ proſequitur; non ſecus ac in ſpontiniis illis miraculis, queis [illegible] motus initium vix dedit, cùm ecce ipſo recedente, vitalis motus ſpecie vltro veluti ſpirantia feruntur: Iniurius planè Naturæ videbere, ſi eius artem arte illa inferiorem putes. [illegible]

Non ergo Anima rationalis ſui domicilij Architecta.

DOMINI DOCTORES DISPVTATVRI.

M. Carolus Patin, Præſes.	*M. Franciſcus de la Chambre.*	*M. Cyprianus Hubaut.*
M. Philippus Chartier.	*M. Alanus Lami.*	*M. Guido Patin, Prof. Regius.*
M. Franciſcus Boujonier.	*M. Nicolaus le Lettier.*	*M. Iacobus Theuart.*

Proponebat Lutetiæ FABIANVS PERREAV, Pariſinus, A. R. S. H. M. DC. LVII.